

## Advertencias para

riculum, quia tunc non est opus Patrino. de  
Consecra. dist. 4. Can. Vos ante omnia.  
Item. Qui ignorauerint Orationem Domini  
cam, & Symbolum fidei, & qui nō sunt bap  
tizati, & illi qui non possunt respōdere pro  
baptizato, cœteraque prestare quæ ad Patri  
ni munus spectant, non admittantur ut sint  
Patrini. Item sciat Parochus quod Baptismus  
fieri potest per effusionem, aut immersionē,  
aut aspersionem, iuxta consuetudinem vni  
uscuiusque Ecclesiæ. Et q̄ Sacerdos, & qui  
libet Baptizans, cum profert verba. Ego te  
Baptizo, &c. simul & eodem tempore eum,  
qui Baptizatur, vel semel, aut ter mergat, vel  
aquam super eius caput effundat, vel asper  
gat. Item. Scire debet q̄ Baptismus quouis  
tempore conferri potest, etiam Interdicti, &  
Cessationis, non solum paruulis. de Spons.  
cap. Non est vobis, sed etiam adultis. De  
Sent. excō. in 6. c. Quoniam, exclusis Ex  
cōmunicatis, & interdictis, similiter de Ca  
techismo, & Exorcismis dicendum. Item. Sa  
cerdos nō debet extra necessitatem, aliquos  
in domibus priuatis Baptizare, sed in Ecclē  
siis, in quibus sunt Baptismi fontes, ad id de  
putati, nisi sint Regum, aut Principum Li  
beri